Salzburg (?), Ende 15. Jh.

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=979
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



nem iuxta deserti montanae
que dicit[ur] effrem. et ibi mora
batur cum discipulis suis. offr.
Benedictus es domine deus meus qui docuisti manus meas et digitos meos ad pugnam. misericordia mea et refugium meum. adiutor meus et liberator meus. protector meus et in eo speravi. qui subiecit populum meum sub me. Domine quis similis tibi. secr. Oblata nobis munera domine. ut digne sempe[r] tuis altaribus deserviri mereamur. et eorum perpetua participatione salvari. Per dominum. Com. Memento domine verbi tui in quo sperasti me quia iniquitates meae supergressae sunt caput meum sicut onus grave gravatae sunt super me. Domine ne longe fiat a me auxilium meum. Ad te levavi animam meam. Deus meus in te confido non erubescam. Postcom. Sumpta salutaris hostia. quae perpetua nos tuitione non deserat. et nos a cunctis semper adversis defendat. Per.

Oratio. Concede quesumus omnipotens deus. ut qui per unigenitum tuum gratiam quotidie liberati a malis omnibus securi tibi servire mereamur. Per.

Sabbato coll. pro pace

Ostende quesumus domine potentiam tuam. ut tua munere diriga[mur]. et humana securitas tua tuitione christiana. Per. Introit. Iudica me deus. post ut in dominica

Oratio. Quesumus domine plebem tuam pia devotionis affectu. ut sacris admonitionibus erudita. quanto maiestatem tue lucis gratior tanto donis potioribus augeat. Per.

Ec dicit dominus zachariae propheta. Ecce dominus deus. Exulta satis filia sion. ecce rex tuus venit tibi iustus et salvator. ipse pauper et ascendens super asinam. et super pullum filium asine. Et disperdam quadrigam ex efraim et equum de iherusalem. et dissipabit arcus belli. loquetur pace gentibus. et potestas eius a mari usque ad mare. et a flumine usque ad fines terre. Tu quoque in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu in quo non est aqua. Convertimini ad me in munitione vincti spei. hodie quoque annuntians duplicia reddam tibi quia extendi michi iudam quasi arcum impleam efraim et insultabo filios tuos sion super filios tuos greca. et ponam te sicut gladium fortium. Et dominus super eos videbitur. et exibit ut fulgur iaculum eius. Et dominus deus in tuba canet et vadet in turbine austri. et dominus exercituum proteget eos. Et devorabunt et subiicient lapidibus funde. et bibentes inebriabuntur quasi vino et replebuntur ut fiale. et quasi cornua altaris. et salvabit eos dominus deus

Sollo t. Sub S. johan evang.

Levatis oculis iesus dixit. Pater venit hora glorifica filium tuum. ut et filius tuus glorificet te. Habent discipuli a patrem omnipotentem carnis. ut omne quod dedisti